

y ocho años, se aplicará siempre en el grado que corresponda la pena inmediatamente inferior á la señalada por la ley. Artículos 8, 9 y 72 del Código penal de 1848.

LEX X.—Confiscatur locus et domus, ubi falsa moneta conficitur, nisi ejus dominus ita erat in remotis, quod nullo modo poterat scire de hujusmodi commissio, vel si statim ut scivit, Regi detexerit; excusator tamen vidua ignorans, nec domus sua confiscatur; nec etiam minor decem annis cum dimidio non punitur, licet confectioni monetæ interfuit; tutor ejus tamen tenetur ad æstimationem domus, nisi erat in loco remoto. Hoc dicit.

(1) De la Camara del Rey. Adde l. 1. vers. domus verò, C. de fals. moneta.

(2) Binda. Non ergo procedat in nupta, secundum Salicet. in dict. l. 1. C. de fals. moneta.

TITULO VIII.

DE LOS OMEZILLOS (a).

Omezillo (1) es cosa que fazen los omes a las vegadas con tuerto, a las vegadas con derecho. E pues que en el titulo ante deste fablamos de las Falsedades, quere-mos mostrar en este de los Omezillos, en que caen los omes matando a otros a tuerto, o con derecho. E demostraremos, que quiere dezir Omezillo. E quantas maneras son del. E quien puede acusar a otro dello. E ante quien. E en que manera. E que pena meresce quien matare a otro a tuerto.

(a) Títulos 2, 3, 4 y 5, lib. 6 del F. J.—Tít. 1, lib. 2 del F. V. de Cast.—Tít. 17, lib. 4 del F. R.—Tít. 22 del Ord. de Alc.—Tít. 13, lib. 8 de las OO. RR.—Títulos 19 y 21, lib. 12 de la N. R.—Tít. 9, lib. 2 del Código penal de 1848.

TITULUS VIII. DE HOMICIDIIS IN SUMMA.

(1) Omezillo. Istud crimen homicidii inceptit à pastoribus, Gloss. in l. si quis homicidii, C. de accusat. quam allegat Bald. in §. injuria, colum. fin. de pace juramento firmant.

LEY I.—Que cosa es Omezillo, e quantas maneras son del.

Homicidium en latin, tanto quiere dezir en romance, como matamiento de ome (1). E deste nome fue tomado Omezillo, segun language de España. E son tres maneras del. La primera es, quando mata vn ome a otro tortizadamente (2). La segunda es, quando lo faze con derecho, tornando sobre si. La tercera es, quando acaesce por ocasion. E de cada vna destas maneras, diremos en las leyes de aqueste titulo.

LEX I.—Homicidium est hominis excidium, sive occisio; et est triplex, scilicet, injustum, justum, et casuale. Hoc dicit.

(1) De ome. Quid si quis occidat hominem monstruosum, an dicatur homicidium? Baldus, quod sic, in l. quod dicitur, per illum textum, D. de liber. et posthum. quod ibi limitant Ang. et Joan de Imol. quando habet plura vel pauciora membra, quam debeat, secus si habeat caput animalis, quia tunc non est homo, l. non sunt liberi, D. de statu homin. Angelus etiam Aret. in tract. malefic. in parte et ex intervallo, dictus Titius ex dictis vulneribus mortuus fuit, col. 2. ubi et vide, quid si faciat mulierem abortiri.

(2) Tortizadamente. Quid si privatus occidit illum, quem ducebant ad furcas, an puniatur capitaliter? Baldus, quod sic, in l. adictos, C. de episcop. audient. Quid autem si pueri inter se projicientes lapides colluctando, una pars contra aliam ex consuetudine, occidatur aliquis? Vide Petr. de Anchar. consil. 272. incipit, jure stricto et

consuetudine, et per Hippolit. à Marsiliis in l. 1. in princ. num. 101. cum seq. D. ad leg. Cornel. de sicar. Quid si metu tyranni occidat aliquem, ne ipse occidatur? Vide Gloss. in l. si familia communis, D. si famul. furt. fecis. dicat. et Salicetum, in l. 1. C. unde vi, ubi Bald. col. 7. in repetitione post Cynum, et dictam Glossam, dicit, quod excusetur propter talem metum; approbat etiam Flor. in l. liber. homo, la 2. et in l. si quis fumo, §. quod dicitur, D. ad leg. Aquil. argumento illius textus, et adde Angelum post Glossam ibi, in l. 2. C. ad leg. Cornel. de sicar. Bald. in cap. 1. §. injuria, circa fin. de pac. juram. firm. Barb. in cap. 1. col. 6. de offic. deleg. quod licet procedat in foro contentioso, tenetur in foro conscientie, quia pro nullo metu debet quis peccare, ut in cap. sacris, de sepult. ubi vide Abb. facit cap. super eo, de usur. cap. eos, de consecr. dist. 4. et vide per Doctor. de Palac. Rub. in cap. significavit, de pœnit. et remission. et adde ea, quæ dico in l. 8. infra, eod.

LEY II.—Como aquel que mata a otro, dene auer pena de homicida, si lo non fiziesse tornando sobre si (a).

Matando algun ome, o alguna muger, a otro a sabiendas, deue auer pena de omicida (b), quier sea libre, o sieruo (1) (c), el que fuesse muerto. Fuera ende, si lo matasse en defendiendose (2), viniendo el otro contra el, trayendo en la mano cuchillo sacado (3), o espada, o piedra, o palo, o otra arma qualquier con que lo pudiesse matar (4). Ca estonce si aquel, a quien acomete, mata al otro que lo quiere desta guisa matar, non cae porende en pena alguna (5). Ca natural cosa es (6), e muy guisada, que todo ome aya poder de amparar su persona de muerte, queriendolo alguno matar a el; e non ha de esperar (7) que el otro le fiera primeramente, porque podria acaescer, que por el primer golpe que le diesse, podria morir el que fuesse acometido, e despues non se podria amparar (d).

(a) L. 6, tit. 4, lib. 6 del F. J.—L. 1, tit. 17 lib. 4 del F. R.—L. 2, tit. 22, del Ord. de Alc.—LL. 1 y 4, tit. 24, lib. 12 de la N. R.

(b) Derogadas por la disposicion final del Código penal, artículo 494, todas las leyes penales anteriores á la promulgacion del mismo, á excepcion de las que allí se expresan, no rigen hoy acerca del homicidio y sus circunstancias otras disposiciones que las contenidas en el tít. 9, lib. 2 del Código, que puede consultarse.

(c) Respecto á la esclavitud, véase nuestra nota 1.ª á la L. 6, tit. 4, P. 6.

(d) La justa defensa propia de que aquí se trata es de derecho natural y por lo mismo se reconoce en todas las legislaciones humanas, debiendo tenerse presentes las circunstancias que han de concurrir para que eximan de responsabilidad criminal al que obra en defensa propia. Son tambien de derecho natural y se hallan expresadas en el art. 8, cap. 2, lib. 4 del Código penal de 1848, á saber: —Primera. Agresion ilegítima.—Segunda. Necesidad racional del medio empleado para impedirlo ó repelerlo.—Tercera. Falta de provocacion suficiente por parte del que se defiende.»

LEX II.—Occidens debet pœna homicidæ puniri, nisi occidat in sui defensionem contra se venientem ense evaginato, aut baculo, vel lapide, seu aliis armis, cum quibus posset occidere, invadentem: nec debet expectare quod alius prius eum percutiat, naturale enim est propriam salutem defendere. Hoc dicit.

(1) Sieruo. Adde l. 1. in princ. cum Glossa ibi, D. ad leg. Cornel. de sicar. et quod sit majus peccatum interficere christianum bonum, vel paganum, vide Glos. in cap. 1. 24. quest. 5. et cap. rebaptizare, de consecr. dist. 4. ubi Archid. vult majus esse peccatum occidere christianum, licet eo respectu, quod majus damnum est in occisione pagani propter periculum corporis et animæ, major pœnitentia debet

LEY III.—Por que razones, e en que casos, no meresce pena de homicida, aquel que mata a otro ome (a).

Fallando vn ome a otro que traua de su fija, o de su hermana, o de su muger con que estuuiesse casado segund manda la Santa Iglesia para yazer con alguna dellas por fuerça (1), si lo matare estonce, quando le fallasse que le fazia tal deshorrta como esta, non cae en pena ninguna. Otro tal dezimos que seria, si algun ome fallasse algun ladron de noche (2) en su casa, e lo quisiesse prender (3) para darlo a la justicia del lugar si el ladron se amparasse (4) con armas (5). Ca estonce, si lo matare, non cae por esso en pena: e si lo fallasse y de dia (6), e lo pudiesse prender sin algun peligro, non lo deue matar en alguna manera. Otrosi dezimos, que qualquier Cauallero que desamparare (7) a su Señor dentro en el campo, o en hueste, o se fuesse a los enemigos (8), si algun ome lo quisiere prender en la carrera para lleuarlo a su Señor, o a la Corte del Rey, si el Cauallero se amparasse, e non se dexasse prender, e lo matassen, non cae porende en pena el que por tal razon lo matare. Otro tal dezimos que seria, si algund ome matasse a otro, que le quemasse, o destruyesse de otra guisa, de noche (9) sus casas, o sus campos, o sus mieses, o sus arboles; o de dia, amparando sus cosas (10), que tomava por fuerça; o si matasse al que fuesse ladron conocido (11), o al robador que tuiesse caminos (12) publicamente (13). Ca, el que matasse a qualquier dellos, non caeria en pena ninguna. Otrosi dezimos, que si algund ome que fuesse loco, o desmemoriado (14), o moço que non fuesse de edad de diez años e medio (15), matasse a otro, que non cae porende en pena ninguna, porque non sabe, nin entiende el yerro que faze (b).

(a) LL. 15 y 16, tit. 2, lib. 7 del F. J.—L. 1, tit. 10, y L. 1, tit. 17, lib. 4 del F. R.—L. 1, tit. 24, lib. 12 de la N. R.

(b) Los casos de que habla esta ley se hallan comprendidos en las disposiciones del Código penal de 1848, lib. 1, tit. 1, capítulo 2 que trata de las circunstancias que eximen de responsabilidad criminal, debiendo atenderse particularmente á la circunstancia de la edad allí explicada, porque no es la misma que hasta ahora servia de regla en nuestro derecho penal; así como tambien deberá tenerse presente que no se halla en el Código novísimo citado la exencion de responsabilidad que en esta ley se establece á favor del que matare al militar que huyendo del campo ó pasándose al enemigo, se defendiese en vez de darse á prision. Advértase ademas que el Código, derogando todas las leyes penales anteriores á su promulgacion, como dispone en su art. 494, exceptúa entre otras las leyes penales de la milicia, conforme al art. 7.—Véase ademas el art. 339 del Código.

LEX III.—Occidens per vim apprehendentem uxorem, filiam vel sororem causa stuprandi, in illo instanti, non punitur. Idem si furem nocturnum in domo repertum, vel cum furto fugientem, cum non potest capere, occidat, si cum armis se defendat; diurnum autem, quem sine periculo capere potest, non debet occidere. Item non tenetur, si militem ab acie fugientem domino derelicto, cum non potuit capere, occidat. Idem etiam de occidente, suarum donorum, prædiorum, messium, vel arborum combustorem nocturnum, in ipso actu, seu diurnum defendendo res suas, quas ei auferat violenter raptor; et idem si publicum latronem, seu prædonem occidat. Hoc dicit.

(1) Con alguna dellas por fuerça. Concordat cum l. 1. §. item Dicus, D. ad leg. Cornel. de sicar. quæ lex latius circa personas loqui-

imponi, quando speraretur de ejus conversione; vide ibi per eum.

(2) Defendiendose. Adde l. 5. tit. 16. 2. Partit. et quæ ibi dixi, et plenè per Doctores in l. ut vim, D. de justit. et jure, et per Bald. in l. 1. C. unde vi, in l. 1. lectur. et in repetitione, ubi col. 7. querit, quid si offendens jam fugiebat, post quem currens offensus vulneravit, vel occidit offendentem: et concludit, quod mitius puniatur, tanquam culpabilis, et non tanquam dolosus; vide quæ tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 67. art. 17. cui adde Alexand. consil. 76. visa inquisitione, vol. 1. querit etiam ibi, col. penult. an sicut licet offendere assalien-tem, ita liceat offendere mandantem, et ei consulentem? Et concludit, quod non, quia eorum offensio non inducit defensionem offendentis; si autem induceret, tunc esset licitum.

(3) Cuchillo sacado. Adde l. 5. et ibi Gloss. et Bart. D. ad leg. Aquil. et Angelus Aretin. in tract. malefic. in parte et dictus Titius se defendendo, col. 2.

(4) Con lo que pudiesse matar. Quid si robustus homo contra debilem utitur pugno, nunquid debilis poterit uti gladio? Glossa dicit, quod sic, in dict. l. 1. C. unde vi, et idem tenet ibi Baldus in utraque lectura. Quid autem si quidam fecit insultum contra me sine ullo armorum genere, volens mihi dare unam maxillatam manu vacua, ego ne hoc accideret, et ne me percuteret, percuto eum cum gladio, an puniar? Bald. in dict. l. 1. in repetitione, col. 4. distinguit, quod, aut constat quod poteram aliter me defendere, et punior, quia non servavit modum defensionis, sed vindictam assumpsit: aut constat quod non poteram aliter evadere, quin cum vituperio percuteret, et tunc licet feci, nam si hoc licet propter res defendendas, ut in dict. l. 1. multo magis propter corpus nostrum, quod dignius est, l. in servorum, §. fin. D. de pœnis: aut dabitur, et tunc præsumitur, quod alia via potuit fieri defensio inter pares: si tamen insultans esset robustissimus, et alter senex, tunc præsumitur propter inæqualitatem virium, quod aliter non poterit se defendere, quod et voluit Glossa ibi; unde multæ circumstantiæ sunt ponderandæ; et cum istis dictis Baldi transit Aretinus in dict. tractat. maleficior. in parte et dictus Titius se defendendo, col. 3. et adde quod dicit Bart. in l. furem, D. ad leg. Cornel. de sicar. et Alexand. consil. 76. visa inquisitione, l. vol. sufficit ergo, quod quis sit in periculo alicujus offensæ personalis, ut tradit latè Alexand. in dict. consil. et declarat Bart. in dict. l. 1. C. unde vi.

(5) En pena alguna. Concordat cum l. is qui aggressorem, C. ad leg. Cornel. de sicar. Quid autem si ego aggressus ab inimico volente me occidere, non valens aliter mortem vitare, apprehendam Titium, quo ut clypeo usus sum, et ille sic occisus est à meo inimico, an ego tenear? Videtur, quod non, argum. l. si quis fumo, D. ad leg. Aquil. et l. scientiam, qui cum aliter, eod. tit. et l. 5. §. 7. vers. quemadmodum, D. de incend. ruin. nauif. ubi non imputatur vicino, si proximi domum destruit timore, ne ignis perveniat ad suam domum, et facit l. quemadmodum, §. item Labeo, D. ad leg. Aquil. et l. qui servandorum, D. de præscrip. verb. in contrarium tamen facit, dictus §. qui cum aliter, quia illum solum, qui vim infert, ferire conceditur, non alium innocentem, et ferire intelligitur, qui tenuit hominem, quem alius interemit, l. quia actione, §. proinde, D. ad leg. Aquil. et eod. tit. l. item Mella, §. si alius; puniatur ergo talis utens tali clypeo, non pœna ordinaria, sed arbitraria, secundum Doctorem de Palac. Rub. in cap. significavit, de pœnitent. et remission. nisi fortè, secundum eum, esset servus illius, qui tali clypeo utitur, per ea quæ habentur in l. 1. §. hoc autem, et ibi Gloss. D. ad Sillan. super quo tamen de servo relinquit cogitandum, cui tu in questione adde, quæ tradit B. Ambrosius, 5. lib. de Officiis, cap. 4. ubi dicit, quod non videtur quod vir christianus, et justus et sapiens aliena morte debeat sibi vitam querere: vide ibi per eum in questione quam in simili ponit.

(6) Natural cosa es. Adde l. ut vim, D. de just. et jure, et cap. jus naturale, l. dist.

(7) Non ha de esperar. Ortum habet à dictis Azon. in l. 1. C. unde vi, in summa, col. 1. et ibi etiam Gloss. et Doctores: Baldus etiam in l. 1. C. quando liceat unicuique sine iudice se vindicare, vide etiam Aret. in dict. tract. et parte, col. 5. et 4. et nota quod articulus debet concludere, quod percussio fuit facta durante rixa: vide Bald. in dict. l. 1. col. 9. in 2. lectura, C. unde vi.

tur, quàm ista, cum dicit, *stuprum per vim suis inferentem*: et adde l. 4. tit. 15. lib. 8. *Ordin. Regal.* et nota, cum dicit, *por fuerza*, nam si stupraret sine violentia, non liceret patri, vel fratri illum occidere, secundum Angelum Aret. in suo tract. *malefic.* in parte *che ay adulterato*; Hippolitus etiam à Marsiliis in dict. §. *item Divus*. Quando verò stuprum est violentum, qui potest dici raptus, patri, fratribus et affinibus competet vindicta; adeo quod etiam tutor possit occidere per vim stuprantem pupillam, l. 1. C. *de rapt. virg.* An autem incurrat sententiam excommunicationis ex canone *si quis suadente*, quod Clericus stuprantem percutiat, ita ut compellatur accedere ad Sedem Apostolicam pro absolutione? Vide in cap. *si vero*, el 1. *de sent. excom.*

(2) *Ladron de noche.* Concordat cum l. *furem*, D. *ad leg. Cornel. de sicar. l. itaque*, §. 1. D. *ad leg. Aquil.* et cap. *siperfodiens, de homicidio*, et l. *si ut allegas*, C. *ad leg. Cornel. de sicar.* Nota tamen, quod si fur nocturnus cognosceretur, veluti si Luna luceret, tunc non posset occidi, cum possit subveniri ipsi domino per viam juris, agendo contra eum iudicè, secundum Bart. et Angelum in dict. l. *furem*, quod intelligit, et limitat ibi Hippolitus à Marsiliis quando dominus haberet testes, qui secum cognoscerent furem; secus tamen, quando non adessent tales testes; cum tunc via juris non possit domino succurri, cum non habeat testes ad convincendum furem, si negaret; ego etiam insuper limitarem et intelligerem, quando non timeretur verisimiliter de fuga furis, nam si verisimiliter timeatur, nihil predeset cognoscere, neque habere testes, et hoc ex mente istius legis et dictæ l. *furem*, et de mente Doctorum ibi; et idem si timeretur de adsporatione rei furatæ, si fur etiam cognitus non esset solvendo; et ista comprobantur ex dictis Alberici in dict. l. *furem*.

(3) *Lo quisiesse prender.* Si ergo latro vel fur potest comprehendi, non potest impunè occidi, et lex ista debet limitari cum aliis supra allegatis, ut tunc scilicet nocturnus latro possit occidi, quando non potest comprehendi sine occisione, secundum Abb. in cap. 2. *de homicidio*, in 2. notab. ubi etiam per litteram illius textus vult, quod et si cessante comprehensione per iudicem possunt bona rehaberi, quod tunc non posset occidi etiam de iure civili; quod bene nota ad ea, quæ dixi supra in glos. proxim. Adde etiam ad prædicta Angelum in l. 1. C. *quando liceat unicuique sine iudic. se vendic.* in princ. et Azon. C. *de leg. Aquil.* in summa, col. 2. ibi: *si tamen cum potui apprehendere, malui occidere, teneor*, ut D. *ad leg. Aquil.* l. 4. §. 1. et l. 5. et l. *ex plagis*, §. *tabernarius*, et adde l. 4. tit. 15. lib. 8. *Ordinam. Regal.* et adde §. *injuria*, *Institut. de leg. Aquil.*

(4) *Se amparasse.* Si ergo fur nocturnus non se defendat telo, non potest occidi, ut hic, et in cap. 2. *de homicidio*; reprobat ergo opinio Glossæ in dict. l. *furem*, distinguentis in hoc furem nocturnum à diurno, et Glossæ in dict. l. *itaque*. Item de iure communi loquendo Jacob. de Arena, Petrus, et Cynus in l. *si ut allegas*, C. *ad leg. Cornel. de sicar.* et Bart. in dict. l. *furem*, D. eod. reprobant distinctionem faris nocturni et diurni, dicentes, quod ex identitate rationis et æquitate debemus dicere, quod si cognitio, et potentia recuperandi postea esse contra furem nocturnum, tunc non liceat eum occidere, nisi telo se defendat, sicut neque in diurno liceret: et idem si diurnus esset ignotus, tunc liceret occidere propter solum periculum rerum. Ricar. tamen de Salic. quem refert, et videtur sequi Salicetum in dict. l. *si ut allegas*, dicit, dictum istorum deviare à textu originali, cui non potest responderi in dict. l. *itaque*, attenda adversativa ibi posita. Tene ergo menti istam legem Partitarum, per quam videtur idem esse dicendum in fure nocturno, quod diurno; vel dic, quod hæc lex declaret in hoc dispositionem juris communis, et quod sit aliqua differentia inter furem nocturnum, et diurnum, videlicet quod fur nocturnus, si telo se defendat, possit occidi, quia nisi hoc fieret, verisimile est, quod tempore noctis non haberentur, qui illum capere possent sine occisione, et sic prius fugetur cum furto, ideo nil mirum, si hoc permittatur propter evitandum periculum rerum: in diurno verò, quod non sufficiat, quod telo se defendat, ut possit occidi, si per acclamationem posset succurri damno rerum, et est verisimile, quod de die multi accurrerent, ita quod possit fur capi sine aliquo periculo; et quando non accurrerent, et sine periculo rerum non posset transiri, tunc permittatur occidere furem diurnum, telo se defendentem, ne capiatur: et huic intellectui applaudet dicta l. *itaque*, §. *lex duodecim tabularum*; et etiam ista lex Partitarum, cum inferius dicit: *lo pudiessse prender sin algun peligro*. Et videbis omnino in ista materia Joan. Fab. in §. *injuria*, *Institut. de leg.*

Aquil. ubi et notabiliter tradit, quod si nulli sunt testes, quibus probetur, quod aliter non potuit consuli periculo rerum, nisi percipientem vel occidendo latronem, tamen ego dico, quod inveni eum sic furantem, et occidi, et dicit in hoc recurrendum ad conjecturas, cuius vitæ erant ante illum qui occidit, et qui occisus est, et in dubio dicit, quod absolveret vivum, dum tamen acclamaverit, ut in dict. l. *itaque*, §. 1. et ad hoc valet clamor, ut testes superveniant, qui licet non poterunt aliquando testificari, quia clamando occiditur, et ita testes tardè venient, testificabuntur de loco et hora, ubi repertus fuerit, ex quo præsumitur contra mortuum: et vide ibi notabiliter per eum de aliis iuxta istam materiam. Advertet tamen, quod pro exportatione parvæ seu vilis rei non posset occidi fur nocturnus, neque diurnus, ut est casus notabilis in l. *si ex plagis*, §. *tabernarius*, D. *ad leg. Aquilam*, quem ad hoc allegat Angelus Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *et vestem celestem abstulit*, col. 2. et Alexand. in *aditionibus ad Bartol.* in dict. l. *furem*, ubi dicit: *tunc dicerem vilem, si est à duobus aureis infra*. Angelus etiam in l. 1. C. *unde vi*, dicit, tunc pro furto licere inservire, quando esset furtum magnæ rei, non autem si parvæ, et quod relinquatur arbitrio iudicis, quæ res sit parva, vel magna inspecta qualitate facti, et conditione personæ: et ibi ponit exemplum in furto codicis facto doctore, qui continuè insudavit in studio super codice, vel si furetur idiotæ; vide ibi per eum.

(5) *Con armas.* Nota hoc verbum contra id, quod dicebat Glossa, in dict. l. *itaque*, et l. *furem*, superius allegatis.

(6) *De dia.* Vide quæ dixi supra in gloss. 4.

(7) *Desamparare.* Concordat cum l. 2. C. *quando liceat unicuique sine iud. se vindicare*.

(8) *O se fuesse à los enemigos.* Concordat cum l. 5. §. *transugas*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et l. 5. §. *is qui*, D. *de re milit.* et declarantur hic illæ ll. Quid autem si transfuga sit deprehensus in via, an puniatur, ac si perfectum esset flagitium? Vide per Gloss. et Albericum in dict. §. *transugas*, et per Baldum in l. *si quis non dicam raptare*, in fin. col. 2. et princ. 5. C. *de Episcop. et Cleric.* ubi de intellectu dicti §. *transugas*.

(9) *De nocte.* Colligitur hic differentia inter nocturnum depopulatorem agrorum, et furem nocturnum; nam fur nocturnus ita demum potest occidi, si armis se defendat, ut non possit comprehendi: nocturnus verò depopulator agrorum indistinctè potest occidi, et si comprehendi possit sine occisione: idem probatur in l. 1. C. *quando liceat unicuique sine iudic. se vindicare*, secundum ultimam expositionem Glossæ, quam ibi approbat Salicetus, et approbatur hic. Angelus tamen ibi tenet primam expositionem Glossæ, secundum quam nulla in hoc inter istos esset differentia, et intellige prout Salicetus ibi vult, quod liceat occidere, dum tamen in ipso actu aggressionis fiat. Fortè tamen posset dici, quod ista lex intelligatur, quando aliter non potuit capi, et duci ad iudicem, ut tunc licet occidatur nocturnus depopulator agrorum, et sic, quod idem sit in isto, quod in fure nocturno domi reperto; et pro hoc facit verbum hic positum, *otro tal dezimos*, junctis versiculis præcedentibus; et videtur hoc verius et æquius, et quod in practica reciperetur; et non obstat, imò juvabit dicta secunda expositio Glossæ in dict. l. 1. quia non solum datur defensio, verum et privilegium, ut nocturnus depopulator capiatur, et si resistat, licet occidatur, et facit §. *injuria*, *Institut. de leg. Aquil.*

(10) *Amparando sus cosas.* Concordat cum l. 1. C. *unde vi*, ubi vide plenè per Glossam, et Baldum et alios Doctores.

(11) *Ladron conocido.* Concordat cum l. 2. C. *quando liceat unicuique sine iudic. se vindicare*, et intellige, prout ibi percipitur, quando non se permittat capi, sed resistat: et quis dicatur latro famosus, vide per Bart. in l. *capitalium*, §. *famosos*, D. *de pœnis*, et idem est dicere publicus latro, quod famosus, secundum Andr. de Isern. in §. *publici latrones, de pace tenend.* et vide l. 18. tit. 14. infra ead. *Partit.*

(12) *Robador que tuviessse caminos.* In dict. l. 1. unde ista sumpta est, dicit: *itnera frequentata obsederit*, ex quo Angelus ibi dicit, quod ille appellatur robator strætæ, qui derobat in strata frequentata, qui tamquam grassator debet furca suspendi, l. *capitalium*, §. *grassatores*, D. *de pœnis*: qui autem aggreditur, et robat in strata non consueta, sed in alia via, non punitur tamquam strætæ robator.

(13) *Publicamente.* Id est, consueverunt aggredi, vel frequenter, ut exponit Glossa in dict. l. *capitalium*, §. *famosos*.

(14) *Loco o desmemoriado.* Concordat cum l. *infans*, C. *leg. Cornel. de sicar.* et Clement. 1. *de homicidio*, et vide in cap. *aliquos*, 15. quæst. 1. Et quid in furioso per dilucida intervalla? Vide per Angelum Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *scienter dolosè*, col. 5. et vide, quæ dixi in l. 9. tit. 1. ista *Partit.*

(15) *De diez años e medio.* Vide in dict. l. *infans*, et vide dict. l. 9. tit. 5. supra, ead. *Partit.* et quæ ibi dixi.

LEY IV.—Como aquel que mata a otro por ocasion, non merece auer pena porende (a).

Desaentura muy grande acaece a las vegadas a omes, y ha, que matan a otros por ocasion, non lo queriendo fazer. Esto podria acaescer, como si ome corriesse cauallo en lugar que fuesse acostumbrado (1) para correlllos, e atraesasse por aquella calle, o carrera, algund ome, e toparse el cauallo en el, e lo matasse; o si cortasse algund ome arboles, o labrasse alguna casa, e dziendo a los que passassen (2) por aquel lugar que se guardassen, de manera que lo pudiessen oyr, cayesse el arbol, o alguna teja, o piedra, o madera, o otra cosa qualquier, e por ocasion matasse algund ome. Ca, en qualquier destas maneras sobredichas, o en otras semejantes destas, que matasse vn ome a otro por ocasion, non lo queriendo fazer, non cae porende en pena ninguna (b). Pero el que matasse a otro en alguna destas maneras sobredichas, deve jurar (5), que la muerte acaescio por ocasion, o por desaentura, e non vino por su grado. E demas desto deve prouar (4) con omes buenos, que non avia enemistad contra aquel que assi mato por ocasion. E si por aentura non lo pudiere prouar, e non lo quisiere jurar, assi como es sobredicho, sospecha podria ser contra el, que lo fiziera maliciosamente. E porende el Judgador del lugar le deve dar pena, segund su aluedrio (5), qual entendiere que mercesce (c).

(a) L. 1, tit. 5, lib. 4 del F. J.—LL. 1 y 7, tit. 17, lib. 4 del F. R.—L. 6, tit. 15 de esta Partida.—LL. 1 y 14, tit. 21, lib. 12 de la N. R.

(b) Por el art. 8 del Código penal está exento de responsabilidad criminal, entre otros «el que en ocasion de ejecutar un acto lícito con la debida diligencia, causa un mal por mero accidente, sin la menor culpa ni intencion de causarla», y esto deberá probarse.

(c) Cuando no concurren todos los requisitos que se exigen en el caso del art. 8 del Código, expresado en la nota que antecede, se impondrán, conforme al art. 71 del mismo Código, penas correspondientes á la imprudencia temeraria, ó simple imprudencia ó negligencia, segun el prudente arbitrio de los jueces y tribunales, como se explica en el art. 469 del Código.

LEY IV.—Casualiter sine animo occidendi occidens non tenetur, debet tamen jurare, non voluntate, sed casu occidisse, et probare, quod inter occisum et eum non erant inimicitiae, cum hominibus probis; et si jurare nolit, est contra eum præsumptio, et arbitrarie punietur. Hoc dicit.

(1) *Acostumbrado.* Adde l. *item si obstetrix* §. fin. D. *ad leg. Aquil.* et §. *injuria*, *Institut.* eod. et l. *item Mella*, in princ. et l. *si ex plagis*, §. fin. D. eod. et l. 6. tit. 15. infra ead. *Partit.*

(2) *Dziendo a los que passassen.* Adde l. *si putator*, D. *ad leg. Aquil.* et *Institut.* eod. §. *item si putator*, et l. 4. tit. 8. *Partit.* 5. cum sequent. et l. 6. tit. 15. infra ead. *Partit.* et cap. *diectus filius*, et cap. *ex litteris*, el 2. et cap. *significasti*, el 1. et cap. *Joannes*, et cap. fin. *de homicidio*.

(5) *Deve jurar.* Nota hoc, et adde Gloss. et Doctor. in cap. *significasti*, et l. *de homicidio*.

(4) *Deve prouar.* Nota hoc ad ea, quæ habentur in dict. cap. *significasti*, ubi Doctores dicunt, quod si is, qui fecit homicidium casualè, infamia non laboret, credatur sibi suo juramento, etsi non det compurgatores, et adde l. 4. tit. 15. lib. 8. *Ordin. Regal.*

(5) *Su aluedrio.* Et cum procedat ex præsumptione, temperare debet sententiam; juxta dictum Innoc. in cap. *quia verisimile*, de *præsumpt.* Bald. in l. fin. ad fin. C. *de probat.*

LEY V.—Como aquel que mata a otro por ocasion que nasce por culpa del mismo, mercesce porende pena (a).

Ocasiones acaescen a las vegadas, de que nascen muertes de omes, de que son en culpa, e merescen pena porende, aquellos por quien vienen; porque non pusieron y tan gran guarda (1) como devieran, o fizieron cosas en ante, por que viniera la ocasion. E esto seria, como si algund ome cortasse arboles (2), o labrasse en algund lugar casa, o torre, que estuviessse sobre la carrera, o calle publica, por do passan los omes, e non apercibiessse (5) a los que passassen porende, en tiempo, nin en manera que se pudiessen guardar, e cayesse el arbol, o alguna cosa de aquella lauor que fazia, e matasse algund o. O si algund corriesse cauallo, en lugar que non fuesse acostumbrado para correrre, e non apercibiessse los omes, que se guardassen, e toparse en algund ome, e lo matasse, o lo friessse. O empellasse a algund (4) como en manera de juego (5), e acaesciessse, que de aquella ferida, o empuxada, muriessse. O acaesciessse, que algund ome ouiesse acostumbrado de se leuantar durmiendo, e tomar cuchillo, o armas, para ferir, e sabiendo su costumbre mala, non apercibiessse della (6) a aquellos que durmiessen en vn lugar, que se guardassen, e matasse algund dellos. O si algund se embriagasse (7) de manera, que matasse a otro por la beodez. Ca por tales ocasiones como estas, e por otras semejantes destas que auiniessen por culpa de aquellas que las fiziessen, deven ser desterrados por ello, los que las fazen, en alguna Isla por cinco años (8) (b); porque fueron en culpa, non poniendo, ante que acaesciessen, aquella guarda que devieran poner.

(a) L. 1, tit. 5, lib. 4 del F. J.—LL. 1 y 7, tit. 17, lib. 4 del F. R.—L. 6, tit. 15 de esta Partida.—LL. 1 y 14, tit. 21, lib. 12 de la N. R.

(b) Esta pena, despues de haber caido en desuso por ser desproporcionada, se halla hoy abolida por haberse derogado todas las leyes penales anteriores á la promulgacion del Código penal de 1848, como lo dispone su art. 494. En su lugar se observará lo que hemos advertido en la nota última á la ley precedente, que repetimos en este lugar, añadiendo que en el art. 9 del Código se considera como atenuante la circunstancia «de ejecutar el hecho en estado de embriaguez, cuando esta no fuere habitual, ó posterior al proyecto de cometer el delito.» Véanse los números 7 del art. 470; 1 y 2 del art. 472; 7 del 480; 6 y 7 del art. 481; 11, 12, 21, 22 y 23 del art. 482 del mismo Código.

LEY V.—Si culpa præcessit casum homicidii, ut quia domum tegulans prope viam publicam, aut ramum arboris scindens, non clamat, ut transeuntes caveant; vel in loco inconsueto, aut in calle equum currens non faciat homines vociferando cavere; aut ludens alium impellit; vel si consuetus dormiendo surgere cum armis ad percutiendum, de tali consuetudine alios non præmoneat, vel inebriatus quem occidit, ad quinquennium ob culpam in insulam relegatur. Hoc dicit.